

nem contulisse majorem, ceu ex dicendis inferius patebit. Neque tandem opinor, quemquam fore, qui putet hanc tractationem Studio meo præcipuo, quod Theologicum est, parum conducere; cum ipsa S. Scriptura scitissimis illustrationibus atque nervosis Similibus à Metallurgiâ petitis, sæpenumerò utatur. Quemadmodum illa DEI Verbum in duodecimo Psalmo cum argentea placenta comparat : אמרות יהוה

אמרות טהרות כסף צרוף בעליון לארץ מוקק שבעתים :

Quæ verba metallicâ vernaculâ hoc in recessu habent: Die Reden des HERRN sind reine Reden / wie ein Silberblick oder Ruchen / der auff sieben Testen abgangen / und zu Brand- und feinen Silber gebrennet ist. Respicitur scilicet ad experientiam vivam Sanctorum, in quorum cordibus verbi divini veritas redditur explorata, & indubitato certa per ignem tribulationis, ut obiter ex B. Glasl Rhet. S. p. m. 247. addam. Sic de eodem Verbo divino egregia sententia legitur apud Jeremiam c. XXXIII, 29. הֲלֹא כִּי דְבַר יְהוָה כַּפְּטִישׁ יְבוּצֵץ סֶלַע : h. e. Quæ stylô metallicô reddi potest: Ist mein Wort nicht wie ein Peuschel (oder Groß-Fäustel) damit man die Wände auffkloret? Conferri potest Mathesius Sarept. Conc. XII. Lutherus eodem sensu: Ist mein Wort nicht wie ein Hammer der Felsen zerschmeißt? Quâ eadem Metaphorâ à Metallurgia desumpta describitur officium Christi ap. Malach. III, 23. conf. Esa. XLVII, 10. Jerem. VI, 27-30. Ezech. XXII, 21. 22. & plura loca alia. Nec Hiobi apologiam verbis metallicis conceptam præterire possum: יש לכסף מוצני ומקום לזהב יוקו; : etiam B. Lutherus Filius, metallici, metallicè vertere hoc